



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258

Pivs Papa V. Dilecto Filio F. Lavrentio Carthvsiano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

PIVS PAPA V.
DILECTO FILIO F. LAUREN-
TIO CARTHVSIANO.

DILECTE fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Librum, sanctorum Patrum vitas continentem, à te nupèr editum, atq; ad nos misum, libentissimè accepimus: qui quidē eo etiā gratior nobis fuit, quod opus in se continet à nobis semper desideratum, & ad refellenda hereticorum in easdem sanctorum Patrum historias maledicta, aptissimum. Laudamus vehementer pium hunc laborem tuum, teque, quod coram Domino vacuus apparere nolueris, sed in eius Domum, pro facultate tibi ab eo concessa, quicquid potueris, vltro obtuleris, debitissim in Domino laudibus commendamus: cuius tamen laudabilis laboris tui gloriam in primis ei tribuendam esse memento, à quo accepisti & velle & perficere: quod & à nobis, & ab omnibus pijs & Catholicæ religionis studiosis merito laudaretur. Hora-mur autem te, ut huiusmodi opere prosequendo, & de Ecclesia Dei benè me-reri, & tibi apud omnipotentem Deum merita augere nè desistas, securus, te à Redemptore nostro laborum tuorum centuplum esse fructū percepturum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 2. Iunij, M.D.LXX. Pon-tificatus nostri Anno Quinto.

T. Aldobrandinus,

PIVS